



## II. Abtheilung: Mittheilungen.

### „Memoria Subrupensis“ P. Coelestini Hostlovsky.

Fortsetzung und Abschluss des bez. Artikels im I. Jahrg. der „Studien“ 1880,  
Heft IV, S. 110—142,

herausgegeben von P. Laur. J. Wintera, O. S. B. in Braunau.

(Schluss aus Heft III, Seite 448—463 d. J.)

*Emilianus Kotterovský*, patria Pragensis.<sup>1)</sup> Vir fuit omni exceptione maior, qui usque ad annum 1742, annis ergo 47 monasterio praesesse meruit, et vel inde memoria dignus, quod monasterium per eum quasi fundatorem alterum penitus revixerit. Nam etsi post electionem vix 20 fl. in cassa domestica repererit, et ante omnia negotia eius primum fuerit aliquot centenos florenos mutuo accipere, successu tamen temporis docuit effectum, quid prosit oeconomia bene ordinata. Do paucula, quae reperire in variis notatis licuit.

<sup>1)</sup> Die hl. Gelübde hatte er 1684 14./XI. abgelegt, ordiniert war er 1688 (Septemb.), stand zuerst als Cooperator in Dawle in Verwendung, dann wurde er Pfarrer bei St. Johann, als solcher am 29. Mai 1695, am Dreifaltigkeits-Sonntage, kanonisch zum Abte gewählt und am 16. Octob. d. J. feierlich infuliert. Unter seiner hochverdienten Regierung legten im ganzen 33 Ordensmitglieder die Profess ab; es waren dies: Wenzel Štěpánek († 1702 als Prediger bei St. Johann), Adalbert Schink († 1702, im 3. Jahre seines Priesterthums), Chilianus Hinke († 1729 als Supprior), Karl Záruba († 1742 als wohlverdienter Prior), Nicolaus Kavka (trat als Pfarrer in den Orden im J. 1698 ein, starb aber schon im folgenden Jahre, als er in Beraun eine Leichenrede hielt, vom Schläge gerührt), Alexius Kohn († 1730 als Pfarrer bei St. Johann), Franz Kaudelka († 1724 als Theologie-Professor der Hausanstalt), Wenzel Pokorny († 1752 als Confessarius der Brüder), Ivanus Gelinek († 1759 als Senior und Jubelprofess), Maurus Borecky († 1724 als Küchenmeister), Eugen Stephan († 1716, kaum ausgeweiht), Adalbert Felix († 1736 als Pfarrer

P. Eugenius Gerlach, qui sub eodem Dño Abbate vixit, in succinctis notatis suis manuscriptis haec habet: Sub hoc Reverendissimo Domino & piscinae (tum in Insulanis cum in Subrupensibus fundis) restauratae sunt. Pretium villae Ptak ex integro solutum. Aedificata est etiam villa et ovile in Massečín. Residentia aedificata est in villa Dobříč et eadem villa a Domino Dewarin 5000 fl. soluta et ab omni directo domini jure liberata est.<sup>1)</sup> Porro hic abbas ao. 1696 primo nempe post electionem suam, apposuit in ecclesia altare maius et S. Chiliani, item in ecclesia S. Chiliani prope Insulam altare S. Joannis Nepomuceni. — Hic notandum, quod altare maius subrupense vel ex toto vel saltem quoad crucifixum originem suam Praga habeat. Nam crux haec olim cum suis statuīs in ponte Pragensi steterat, ubi nunc alia deaurata cum literis hebraicis est. Altare s. Joannis Nepomuceni ad s. Chilianum a Dño Emiliano procuratum formam habuit similem altari S. Chiliani in ecclesia subrupensi, illud autem, quod usquedum existit, fieri fecit R. parochus Ivanus Laštovička. Arculario unacum statuario solvit 127 fl. — Anno 1700 idem abbas penes viam regiam inter Wraž et Lodenic aedificavit novam popinam, dictam usque hodie Kudibalka, item Bubovicii stabilem erexit popinam. Kudibalka popina fuit perexigua, utpote ex integro lignea, unicum habens hippocastum quod eo loco stetit, ubi nunc est cauponis horreum. Pro pernoctatione hospitem erat ligneum quoque tugurium duo habens cubicella, ubi nunc est fabri ferrarii officina. Tempore belli Gallici haec popina passa est ruinam, proinde successor Dni Emiliani Bernardus Slavík eam reaedificavit. — Anno 1708 villa in Sele data est rustico nomine Hořejší Čuba ex Bubovic

---

bei St. Chilian), Benedict Grambier († 1745 als Novizenmeister), Prokop Lukšiček († 1768 als Senior), Eugen Gerlach († 1726, kaum 29 Jahre alt), Joseph Zentmeyer († 1751), Maximilian Ihl († 1737 als junger Priester in Dawle, wo er die Oeconomie führte und Seelsorger war), Joannes Kirchner († 1732 als junger Priester bei St. Johann), Bernard Slavík, der spätere Abt, Franz Petříček († 1766 in Triest, nachdem er in Monte Cassino und Subiaco Beichtvater und Novizenmeister gewesen; in Triest war er Spiritual des Nonnenklosters), Anselm Watters († 1738, als er, zwar noch junger Mann, aber todkrank, seine Profess renoviert hatte und eben im Begriffe war, die hl. Wegzehrung zu empfangen), Anton Stey († 1731, war gar nicht zur Ausweihe gelangt), Ignaz Malinský († 1738, nur 3 Jahre nach der Ausweihe), Eugen Prudík, später Abt, Joannes Čermák († 1783 als Novizenmeister und Senior), Chilian Láska († 1786, kaum dass er den Fuss aus dem aufgehobenen Kloster gesetzt), Martinus Tessaček († 1782 als P. Spiritualis), Nicolaus Hostlovsky († 1750 als Cooperator bei St. Johann), Emilian Mühlwenzel († 1787 nach Aufhebung des Klosters St. Nicolaus, als dessen Abt er 1761 postuliert worden war), Placid Hauček († 1781 als Supprior), Adalbert Casanova († 1792), Joannes Nep. Felix, letzter Abt bei St. Johann u. d. F. und Maurus Pisecky † 1762 als regens chori).

<sup>1)</sup> wie sich der Abt in einem Kalender verzeichnet hat, gab er bei dieser glücklichen Abfindung 50 fl. Schlüsselgeld.

pro suo fundo in Bubovic. Anno 1711 restauravit Dnus Emilianus sumtibus haud exiguis ecclesiam sic dictam novam, ab abbate Matthaeo de Bilenberg aedificatam; deiecta fornice praegravi novam arundineam cum picturis usquedum apparentibus exornavit, sepulcrum S. Ivani novis undequaque clausit cratibus (opere fabri ferrarii Pragensis cognomine Pacher), novam cathedram concionatoriam, stalla in ecclesia et tria confessionalia infra chorum figuralem, stalla in presbyterio pro 20 religiosis (pretio 700 fl.) comparavit. Cum labores in ecclesia inchoarentur (a. 1710), idem abbas nactus est occasionem levandi ex humo sacras reliquias Divi Ivani. Nam dum per deciduos lapides deiectae fornices non modo pavimento ecclesiae sed et sepulchra et inter haec etiam sepulchrum Venerabilis Ivani violatum esset, in praesentia V. P. Benedicti Schmiedl Senioris et ipsius abbatis P. Bernardus Schicht levavit sacrum thesaurum, cuius balsamicus odor mire omnes recreavit; factis ad id cistulis stanneis sacra lipsana recondita sunt extra humum ad arae (maioris) secundam contignationem. Testatur de hac levatione lapis in archivio existens, sub quo corpus s. Ivani inventum erat, et praecipue liber, cui titulus: „Memoriale beneficiorum . . . Divi Ivani,“ ubi omnia circa hanc levationem acta auctoritate publica roborata continentur.

In einem am Schlusse des ganzen Textes später beigefügten »Supplementum« gibt P. Hostlovsky eine weitere Geschichte des hochwichtigen Reliquiar's wie folgt:

Circa annum 1740 Dominus Emilianus Kotterovsky abbas ad S. Joannem non contentus cistula stannea aliam argenteam fieri curavit tantis sumptibus, ut solus labor aurifabri 400 fl. (labor enim florum granatorum erat) constiterit, testante haec Ven. P. Adalberto Casanova jam tum loci professo et sacrista. Utraque haec lypsanotheca expositis et in ecclesia relictis ossibus sacris sub levatione monasterii sequestrata fuit. Bracchium argenteum quo devenerit ignoratur; cistula autem obvenit ecclesiae Metropolitanae Pragensi via emptionis. — Ut vero bracchium saltem divi indigetis, quod in lignea duntaxat argento incrustata steterat manu, decentius locetur, ego qua poteram industria collecto nummulo per D. Joann. Isak magistrum zonarum Pragensem, pretio 26 fl. cupream bene deargentatam manu, ad similitudinem prioris argenteae fieri curavi anno 1789 et sacrum bracchium imposui. — Videns hunc insignem laborem argenteo non absimilem V. P. Ivanus Laštovička (siehe Anmerkung) antehac Benedictinus Subrupensis, subsidium se laturum promisit, si pro reliquis sacris ossibus divi Ivani cistula eisdem laboris et elegantiae confici posset. — Conveniens igitur dictum magistrum zonarum ruditer delineatam priorem cistulam ei exhibui, qui hanc quae hodie in ara prostat, egregie

elaboravit anno 1793, solutis sibi 130 fl. Ven. P. Ivanus iam extremo morbo laborans sola visa delineatione zonarii dedit mihi in parata pecunia 50 fl. et alios 50 fl. in debitis assignavit; sed et alii accesserunt benefactores, videlicet praeter collectam in ecclesia eleemosynam Ven. Dom. Gregorius Dobiašovský curatus Hořelicensis et Ven. P. Franciscus Heilmann, exjesuita, qui et laboris apud fabrum zonarium et inscriptionis pro aeterna memoria in cistula facienda curare gessit, nomenque suum sub „alio quodam sacerdote cultore Ivaneo, oculuit.“ Fecit autem inscriptionem sequentem:

M - D - CC - XC - III -

Nova haec Lypsanotheca pro sacris ossibus  
SCTI IVANI CONF.

EREMITÆ REGII et PRIMI apud Boëmos CHRISTIANI

Parata fuit cura et studio

Adm. Reverendi, Venerab. et Religiosi Dom. Coelestini  
Hostlovsky O. S. B.

Illo tempore hic loci parochi,

Ex beneficentia potissimum et legato

Rever. Vener. ac Relig. Patris Ivani Laštoviczka O. S. B.  
post levatum monasterium in Dño. defuncti,

Subsidium simul conferentibus:

Adm. Reverendo ac Venerab. Dno Gregorio Dobiašovský,  
Curato Horželicensi et  
Alio quodam sacerdote  
Cultore Ivaneo  
arte ac labore.

Transposita sunt s. ossa Divi Ivani ad hanc novam cistulam die 30. Julii anno supra nominato 1793 hora 4ta pomeridiana praesentibus iam copiosissimis cultoribus Ivaneis pro celebrando in crastinum festo Patrocini huius ecclesiae; ubi sub clangore tubarum et sonitu tympanarum ego singulas partes reliquiarum Venerab. Dm. curato Horželicensi cosipio involvendas, hic autem Venerabili Patri Heilmann ad cistulam novam ponendas porrexit. (Eine aufrichtige Verehrung der hl. Reliquien St. Ivans sammelt bis heute noch besonders am 24. Juni jeden Jahres grosse Massen andächtiger Wallfahrer in dem wunderschönen Thale bei St. Johann unter dem Felsen und lässt so das Andenken der frommen Benedictiner nicht aussterben. Nur eines wäre zu wünschen, dass nämlich die altehrwürdige Kirche von der entwürdigenden Nachbarschaft einer jüdischen Fabrik befreit würde und dass sich irgend ein Wohlthäter fände, der den mit Arbeit gesegneten Pfarrer besser dotieren würde, als es jetzt geschieht.)

Anno 1712 abbas Emilianus novum lebetem pro braxatorio subrumpensi exsolvit 451 fl. 31 cr. Anno 1714 construxit novum

chorum figuralem et organo addidit novum positivum; eodem anno aedificavit capellam in honorem s. Adalberti in Bubovic et capellam s. Crucis in monte penes monasterium,<sup>1)</sup> et exusta die 3. Maii Davla novum construxit braxatorium, pro quo lebes constabat 100 fl. — Anno 1715 non exiguo pretio ubique per ambitus monasterii fenestras fieri curavit (facile 33). — Anno 1719 comparavit campanam maiorem pro turri in honorem s. Ivani fusam pro 988 fl.; effigies s. Ivani in hac campana constabat 3 fl. — Anno 1725 emit iterum novum labetem pro braxatorio Davlensi, qui advectus est 24. Demb., ponderavit 16 centen. et 51 libras et constabat 1182 fl. 36 cr. Anno 1726 statuum lapideam s. Ivani comparavit, quae posita est in finibus prati dominicalis inter novam popinam et Lodenic; constitit haec statua 80 fl. Deficiente iam antiquo horologio in turri ecclesiae novum procuravit, quod die 22. Augusti adaptatum est; praeter antiquum horologium dedit pro ipso 150 fl. Eodem anno fundamenta iecit pro occidentali tractu aedificii monasterialis, quod anno 1731 perfectum est; in ambitu infimo positum est refectorium, culina, cubile pro provisore etc., in medio abbatia, in supremo cellae pro fratribus factae sunt. Supra hoc aedificium appositae sunt duae statuae lapideae s. Joannis Baptistae et s. Ivani atque illis inclusae sunt reliquiae sequentes: in pede s. Joannis Baptistae reliquiae s. Bonifacii M., s. Gaudiosae M., s. Benedicti M. et crucula ceu numisma S. P. N. Benedicti; in pede s. Ivani reliquiae s. Gregorii Nazianzeni, s. Pii M., s. Justinae M. et numisma s. P. N. Benedicti. — Emit quoque idem Pater monasterii Melnicae duas vineas magno pretio et tertiam Pragae in Wissoka.<sup>2)</sup> Pragae prope ecclesiam s. Michaëlis in Jirchář aedificavit domum monasterialem, item braxatorium modernum ad s. Joannem sub rupe. Cryptam quoque pro fratribus sepeliendis excavari et adaptari iussit. — Paulo ante mortem cassavit pagum in silva situm, quae usque hodie nomen conservat Zahřabska, etiam Dvořišť, seu Nová ves. Facta est haec cassatio ad conservandam et ampliandam venationem. Casae partim ad s. Joannem partim ad montem supra Hostim, Bethlem dictum translatae sunt. Ex translatis ad s. Joannem una est Soukupiana, quam nunc arcularius Matthias Šebánek tenet sub numero 17. — Debetur eidem Dño abbati cista argentea insignis laboris intus per totum solide deaurata pro sacris ossibus divi Ivani (aurifaber pro solo labore 1000 fl. accepit et certo plus petiisse fertur, nisi ipse cultor S. Ivani fuisset. Debentur eidem abbati et paramenta multa ecclesiae, aliquot

<sup>1)</sup> Die Kapelle hatte die Inschrift: aeDifiCaVIt benefaCtorVM pIetas.

<sup>2)</sup> Diese Weinberge brachten jedoch keinen Nutzen und wurden daher bereits von Abt Bernard wieder verkauft.

calices argentei, nec non et suppellex domestica pro aucto numero fratrum.

His non obstantibus tamen post mortem non modicam reliquit pecuniam<sup>1)</sup> pro successore. Sed antequam de successore agatur, iuvat hic aliquid de huius dignissimi abbatis morte annotare, qua nobis non tam ob senium, quam casu nunquam satis deplorabili ereptus est. Annus erat 1742, quo pugnante contra domum austriacam Gallo et Bavaro omnes regni status usurpatori homagium praestare iussi sunt. Abbas Subrupensis rogat excusari se a personali homagio, allegans pro motivo senii sui annos 77, sed non exauditus pergit Pragam et sequenti die mane iam ad homagium deponendum accinctus dum ad Arcem pergere intendit, se iam a personali homagio esse dispensatum rescit a cursore statuum. Jubet igitur rhedam parari, qua ad monasterium suum revehatur; dum vero conscendere eam vult, eluxato in gradibus pede — erat glacies hiemalis — cecidit et semivivus domum devectus est. Cunctantibus dein medicis ignis pedem invasit, sicque abbas optimus diem clausit extremum die 9. Januarii 1742. — Successit ei mediante canonica electione

abbas XIV<sup>us</sup>, ex gremio II<sup>us</sup> Reverendissimus Dñs *Bernardus Slavík*,<sup>2)</sup> patria Volynensis. Electus canonice d. 14. Martii 1742 gubernavit monasterium annis 26. De hoc abbate notatu dignum, quod regnante adhuc in Boëmia Bavaro et eodem consentiente electus elapso uno anno sese novae electioni subicere debuit iubente caes. reg. Maj. Maria Theresia. — Fuit dignus successor Emiliani. Ut a sacris incipiam, quotannis ex renta destinavit 400 fl. pro ecclesia, ita ut suppellex sacra valde fuerit aucta. Item primos proventus villae Sedlec, quam emptione possessionibus monasterii adunavit, qua primitias donavit ecclesiae.<sup>3)</sup> — Vendita villa

<sup>1)</sup> bare 40.000 fl.

<sup>2)</sup> Abt Slavík war geboren im J. 1703, trat 1726 in den Orden ein und legte 1727 die Profess ab. Drei Jahre darauf zum Priester geweiht, war er zuerst Festprediger, dann (1740—1742) Pfarrer bei St. Johann; am 14. März 1742, mitten in der trostlosen Zeit der französisch-bairischen Occupation, ward er zum Abte gewählt und am 23. April 1743, nachdem er sich auf allerhöchsten Befehl den Formalitäten der Wahl nochmals hat unterziehen müssen, in Březan von Erzbischof Manderscheid infuliert. Unter seiner Regierung legten 17 Brüder die hl. Gelübde ab, u. zw.: Benedict Urban († 1787), Thaddeus Marcoti († 1784), Marianus Nonmacher († 1772), Anselm Koterovsky († 1756), Robert Harich († 1769; die Primiz hatte er in Raigern gefeiert), Ildephons Pšansky († 1762), Amand Krnovsky († 1768), Joseph Hladký († 1786), Wenzel Ježek († 1797), Hermann Hostlovsky († 1804), Ivan Laštovička († 1793), Emilian Skleněčka († 1769), Michaël Laštovička († 1782), Maurus Zikan († 1799), Anselm Jelinek († 1771), Coelestin Hostlovsky und Paulus Chalupa (trat als gewes. Karlsteiner Localist ein, starb 1771, 3 Jahre nach der Profess).

<sup>3)</sup> Aus diesem Gelde sollte namentlich eine neue Friedhofkapelle beschafft werden und wurde auch wirklich langsam an dem Baue derselben gearbeitet, bis im J. 1770 das Consistorium durch den Bezirksvicar nachfragen liess, ob

Křeněna Domino de Bubna et Březova Celsissimo Principi Archiepiscopo Pragensi emit insignem arcem Zbenice a. 1753 cum tota oeconomia agrorum, pratorum, piscinarum et silvarum vastissimarum ab Illustrissimo Dño Čejka comite et plene exsolvit cum omnibus expensis 66.000 fl. praeter 800 fl., quos R. P. Nepomucenus Felix secretarius expendit in ordine ad obtinendam huius emptionis caes. reg. concessionem tum in via quum Viennae diutius detentus.

Abbas Bernardus vir fuit in oeconomia valde peritus et indefessus. utpote cui pleraeque villae debent suam meliorationem, Bubovicensis autem villa, a. 1764 exusta et residentia Ptak a. 1758 exusta, nec non piscina Joanea, a. 1763 rupta, suam restaurationem, pleraeque residentiae cum nova popina suam existentiam. — In hortis excolendis fuit magister; quicumque horti apud residentias et villas existunt, ab ipso omnes sunt plantati. Testatur id mihi Martinus Černý rusticus ex Hostim, vir aetatis provectae et fide dignus: in et circa pagum Hostim vix 10 fuisse arbores frugiferas sub initium regimen Bernardi abbatis, sed adhortatione, exemplo huius Dñi Praelati edeo se Hostimenses in hortis plantandis impenderunt, ut hic et nunc pagus iste, praeter fructus pro domestica necessitate reservatos subinde 600 etiam 700 fl. annue pro frugibus hortorum accipiat. — Ut de apotheca a primo ortu usque ad plenam et omnigenam perfectionem sensim instructa taceam, idem abbas a. 1764 bibliothecam aedificare coepit et a. 1766 perfecit. Praeter laborem murariorum et operariorum pictor D. Joannes Spitzer extra victum ipsi et sociis duobus porrectum 200 fl., arcularius Pragensis cognomine Abt 1400 fl., statuarius 150 fl., bibliopega ultra 800 fl. accepit. Accedit emptio librorum dimidiae fere bibliothecae hinc inde in licitationibus post defunctos parochos, nec non Bolandistarum et — quod maxime bibliothecam prae aliis decorabat — operum omnium ss. Patrum novissimae editionis tum Venetianis cum Parisiensibus literis exaratae. Curavit etiam fornicari chorum, duos superiores ambitus antiqui conventus unacum omnibus cellis; per errorem aedilis opera haec dirigentis loco tegularum lignearum superpositi sunt exiguis fundamentis graves lateres. — Mortuus est hic abbas a. 1768 die 7. Martii.<sup>1)</sup>

XV<sup>us</sup> abbas, ex gremio Subrupensi III<sup>us</sup> Reverendissimus

die Kapelle der Pfarrei zugehören werde und ob man denn auch ein neues Pfarrhaus aufbauen wolle. Da es sich dazumal ernstlich um die Entfernung der Regularen von der Seelsorge handelte, fürchtete man, sich irgendwie unnöthige Lasten aufzubürden gegenüber dem künftigen fremden Pfarrer und stellte die Arbeit sofort ein. Die fertigen Mauern wurden mit Strohdach bedeckt, und das Capital, welches etwa noch da war, der Klosterkirche zugewendet.

<sup>1)</sup> Die Cassabarschaft bei seinem Tode betrug 15.000 fl.

Dñus *Eugenius Prudík*<sup>1)</sup> patria Melnicensis electus est 18. Maii a. 1768 et rexit monasterium annis 4. — Eruditio eius tum in theologicis, quae fratribus per aliquot annos tradidit, tum vel maxime in historicis praecipuam meretur laudem. Quasi phoenix ex cineribus memorabilia Joannea eius opera revixerunt, etsi demum sub levatione monasterii pro ipso amissa sint per avectionem totius archivii Pragae.

Historiam monasterii, seriem abbatum loci, et album seu catalogum fratrum professorum, praeter alia, ipse confecit. Instrumenta quidem originalia, ut supra dictum, sub alienis deperdita sunt; iste tamen abbas a iuventute historicis rebus addictus, ex antiquissimis urbariis, fragmentisque manuscriptis hinc inde collectis plurima excerpserit, ita ut exorta quaestione circa iura monasterii, sola Eugeniana scripta in testimonium vocata sint, quemadmodum et quaestio de antiquitate parochiae ad s. Chilianum (ubi agebatur de amissione parochiarum, quas regulares possidebant) per productionem seriei parochorum ab ipso conscriptae in favorem monasterii decisa sit. — Oeconomiae melioratio sub hoc D. Abbate laudari non potest neque vituperari; vix enim annis duobus praefuit, iam exorta est carities magna in regno Boëmiae, ut hic loci unus modius siliginis 12 fl. et ultra solveretur. Desuper anno sequente epidemia, ne dicam pestis, grassabatur; hinc igitur potius vitae conservandae et alimentatiōni domesticorum 19 religiosorum (non numerato famulatio) fuit studendum, quam meliorationi status oeconomici. — Quod Eugenium plurimum fecit commendabilem, istud est, quod singulari amore proximorum flagrans premente fame incolas et vicinos non ex monasteriali solum sed ex proprio etiam peculio frumenta emi curaverit pro pauperibus et aliis esurientibus alimentandis eo affectu misericordiae, ut dum praeter farinam et alia obsonia intra diem novem, etiam decem libones panis pro adventantibus scissi fuissent, cum complacencia saepius mihimet tunc culinae curam habenti dixerit: „Detur etiam amplius, Deus alia via benedicet.“ — Nec defuit proximis anno sequenti 1771 in spiritualibus mittendo durante epidemia religiosos suos in subsidium curae animarum; ita Littnenses per R. P. Hermanum Hostlovsky et per me Coelestinum Hostlovsky, Carlsteinenses per Ven. P. Martinum Tessaczek, Wraženses per Ven. P. Adalbertum Casanova, Lodenicenses et Chrutenicenses

<sup>1)</sup> 1732 in den Orden getreten, 1733 zur Profess zugelassen und 1738 ordiniert, war P. Eugen zuerst Sacrista und Instructor der Chorknaben, dann Theologie-Professor der Cleriker, Administrator bei St. Chilian, Archivar, Bibliothekar, apostolischer Notar, 1750 Superior und Spiritual der Cleriker. Am 18. Mai 1768 gieng er bei der kanonischen Wahl als Abt hervor. Von ihm wurden 6 Religiosen aufgenommen: Amahd Novotny († 1801), Eugen Pachner, Prokop Wollrab, Bernard Jamsky († 1782), Franz Láska und Maximilian Gina († 1783).

per R. P. Michaellem ultimis sacramentis providebantur. Hac ipsa epidemia P. Marianus Nonmacher et P. Anselmus Gelinek, uterque apud s. Chilianum, correpti et e vivis sublatis sunt, denique ipse Rdss. abbas acerbissimi huius morbi factus ex hac vita migravit die 23. Junii a. 1772. —

XVI<sup>us</sup>, ex grémio IV et ultimus abbas fuit Reverendissimus Dom. *Nepomucenus Felix de Ebenholtz*,<sup>1)</sup> patria Pragensis, eruditus et practicus praecipue in iuridicis; qui utpote secretarius abbatialis causas omnes monasterii (inter quas potior fuit processus circa villam Ptak sub. D. abbate Bernardo facile 20 annis cum civitate Beraunensi actus) dexterrime propugnaverat, Electus est die 2. Septembris anno 1772, praefuit usque ad levationem monasterii annis 13, supervixit Pragae adhuc annos 4 et pie in Domino mortuus est in territorio s. Petri in Poříč d. 18. Decemb. a. 1789. Sepultus est ad s. Margaritam in monasterio Břevnoviensi.

Status monasterii sub hocce abbate etiam post imminutionem victus et vestitus religiosorum proximus fuit statui supra descripto sub abbatibus alienis; et parum abfuit, ut unum alterumve bonum seu villa abalienaretur ob magna debita passiva, quibus monasterium premebatur. Haec debita qualiter contracta sint, in meam, ut privati religiosi, notitiam non venit. Extranei et vicini, qui multa bona perceperant a monasterio et abbate, nunc facta levatione de mala eius oeconomia loquuntur, dum focus iam friget, tacentes alias, quamdiu calescebat. Ego domesticus, qui ut bona fide loquar, praeter frugalem hospitalitatem Benedictinam domi nullos excessus in mensa abbatiali expertus sum, obicio infortunia. quamvis forsán experientiae quoque abbatis quoad oeconomica defectus errata a saecularibus ei imputata aliquid excuset. Auspiciam dignitatis abbatialis fuit post magnam caritatem, dum pecunia deficiebat, expensae in electione inevitabiles ac satis magnae necnon taxae ad aulam solutae solennisque actus inflationis certe ad aliqua debita contrahenda compulerunt. Pluribus etiam annis, non quidem successivis, sed alternantibus ob nimiam siccitatem exigua fuit messis. Porro: 1. Anno 1780 et 1781 Zbenicii et circa Dobříč nec non penes Ptak multum concussit grandó; 2. anno 1782 16. Junii Zbenicensis arx cum provisione polentae ad unum annum, hordei, pisorum et aliorum frumentorum universim ad 700 modios cum domestica supellectili omni, nec non villa, braxatorium, stabula, et 11 domus in pago exusta

<sup>1)</sup> Geboren 1723, prof. 1739, ord. 1745; zuerst Professor des Kirchenrechts, dann äbtlicher Secretär und Archivarius, Prior und Theologieprofessor, wurde er am 2. Sept. 1772 zum Abte gewählt und im J. 1773 in Prag bei St. Niclas infuliert. Unter ihm legten die letzten 5 Capitularen die hl. Gelübde ab: Emilian Hawlena, Anselm Brůžek, Jakob Bernard, Marian Baltazar und Adaukt Wild.

sunt; 3. anno 1783, cum ad solam Bubovicensem villam messis esset optima et in horreo loci frugibus oppletissimo nec granum adhuc tritratum, immo et semina auctumnalia ex Sedlecensi villa huc applicata fuissent, die 28. Octobris erupit absque dubio per manum malevolam ignis et omnia in cineres redegit. — Qui igitur haec damna et expensas novorum aedificiorum nec non subsidia Zbenicensibus data consideraverit, certe debita contracta infortuniis tribuet, dicetque hunc Dom. abbatem, cui cognomen Felix, fuisse infelicem in regimine suo; fuit insuper magis infelix eo, quod sub ipso coenobium levatum fuerit et mortuum. —

De hac levatione priusquam agatur, expedit statum et possessiones monasterii annotare, quae sub levatione inventae sunt et in bonum „fundi Religionis“ adnumeratae.

Res monasterii mobiles et illa quae in residentiis erat supellex, ob copiam et diversitatem rerum conscribi non possunt; hoc tamen certum est. et abbatiam et conventum uti et residentias copioso stanno, cupro, mappis, cultris etc. provisae fuisse. In abbata erant 4 duodenae cultrorum argenteorum cum appertinentiis; oppositoria seu Aufsatz argentea 2 praeter pulchra vasa ex argilla pro bellariis seu confecturis. Pro hospitibus 7 cubacula cum 11 lecticis et aliis necessariis instructa, nec quidquam defuit de supellectili in residentiis. Bona autem immobilia, quae possedit, sequentia sunt:

1<sup>mo</sup>. Ad S. Joannem braxatorium, popina, mola ad piscinam et aliquot casae. In Sedlec villa cum magno prato versus Lodenic. Nova popina cum tribus casis penes viam regiam. In Dobříč residentia et villa in planitie, ubi bona gleba est. In Hostím mola. In Ptak residentia, villa et silvae quaedam.<sup>1)</sup> In Bubovice: villa et ovile, silvae ex utraque parte S. Joannis.

2<sup>do</sup>. In Davlensi dominio seu Insulano: residentia et villa in Sloup, braxatorium Davlae, mola prope Davlam. Villa et ovile in Masečín, villa in Hvoznice, sic dicta parochialis. Popina Davlae et Stehovicii.

3<sup>io</sup>. In Zbenice arx, braxatorium, villa, ovile et altera villa in Životice cum ovili. Mola una in Žlakovic, altera infra piscinam Čunak. Popinae in Zbenice, Chrastice, Kamena, Žlakovice et Čmín; nec non 11 piscinae penes Zbenic et una in Kamena ac silva amplissima.

4 . Praegae in nova civitate in Jirchář domus, ubi cubacula

---

1) Auf einem der Gränzsteine der Besizung Ptak, hart an der Berounka, wo die Karlstein'schen Gründe angränzten, liess ein Zbirower Oeconomie-Director (Hauptmann) ein mächtiges Kreuz aus Eisen befestigen, mit der Inschrift:

Dextera Caesareos fines crucifixa tenetur,  
Laeva Joanneos, pectus utrique patet.

abbatialis et alia pro religiosis cum 3 lecticis etc. necessaria suppellectili bene instructa fuerunt. Commendabatur etiam haec domus singulariter ob cellaria, utpote in quibus tempore obsidionis provisio pulverum pyriorum secure deposita sint anno 1757.

5°. Praeter incolas ad s. Joannem et in nova popina subditi erant monasterio pagi: Hostim, Sedlee, Bubovice et duo rustici in Kosolup. In Davlensi bono: Davla oppidum, pagus Sloup, Hvoznic, Bojanovic, Masečín et Stichovicii aliquot opifices. — In bono Zbenicensi pagi Zbenice, Kamena, Žlakovice, Tiecharovicii duo rustici, Životicii 3 rustici, item Chrusticii 3 rustici.<sup>1)</sup>

### Caput V.

#### De levatione monasterii.

Postquam monasterium s. Joannis sub Rupe annis 765<sup>2)</sup> non obstantibus tum bellorum tum aliorum casuum vicissitudinibus stetit, ultimam tandem subiit sortem, nempe levationem et cassationem, iubente ita Augustissimo imperatore Joseph II. anno D. 1785 die 7. Novembris. Erant hoc tempore in monasterio nostro viventes professi religiosi, tum domi existentes, tum in cura animarum et oeconomicis expositi sequentes, numero 19:

Reverendissimus Dñus Nepomucenus Felix, abbas loci.

Ven. P. Chilianus Laska, Senior et Professus iubilaris.<sup>3)</sup>

R. P. Adalbertus Casanova, Confessarius fratrum.<sup>4)</sup>

R. P. Benedictus Urban, Supprior.<sup>5)</sup>

